

Dñica infra octa. Epiphanie

biuita nō oportet respicere nisi p̄ quam christ⁹ du-
ctor vadit. **P**rimū biuū est ad sinistra supbie
z vanitatis. Ad dextram māfuetudinis z humi-
litas. z p̄ istam iuit christus. Ideo dicit ip̄e **Di-**
scite a me. q̄ mitis sum z hūilis corde zc. **Mat.**
xxj. **S**ecūdu est auaricia z cupiditas. z miseri-
cordia z liberalitas. per primum vadūt ad infer-
num auari vſurarij raptores fures zc. **Respice**
p̄ quā viam iuit christus ductor q̄ dicit Luc. vj.
Estote misericordes sicut pater vester misericors
est. **Tertiu est luxurie z carnalitatē p̄ quā va-**
dunt luxuriosi ad infernum. z mūdicie z purita-
tis. p̄ quā iuit christ⁹. Ideo dicit sacra scriptura
Hec est voluntas dei sanctificatio vstra. vt ab-
stineatis vos a fornicatione. z sciat vnusquisq̄
vas suū possidere in sanctificatione. s. ad 1. thes.
iiij. **Quartū est inuidie z malignitatis. z amo-**
ris z charitatis p̄ quam iuit christus. de q̄ Joh.
Apocal. j. Dilexit nos z lauit nos a peccatis no-
stris in sanguine suo. **Quintū est gule z voraci-**
titatis p̄ quod vadunt gulosi. Et aliud est absti-
nentie z parcitatis. p̄ quod iuit christ⁹. Ideo di-
cit ip̄emet Luc. xxj. Attendite ne grauent cor-
da vstra crapula z ebrietate. z sic de alijs. Nō
possumus dicere x̄po illud Genes. xxxij. Pre-
cedat dñs meus z ego paulatim sequar. De isto
lumine dixit ille sanctus senex Simeon. viderēt
oculi mei salutare tuum. Lumen ad reuelationē
gentium. Luc. ij. De isto dicit thema. Ambula-
bunt gentes in lumine tuo. **Quartū lumen est**
de gratia diuinali. Unde sunt multi qui habent
tria predicta lumina tñ nō vadūt ad paradysum
quia nō habuerunt istud quartū lumen p̄pter eo-
rum malam vitam z defectū. de q̄bus dicit Job.
xxij. Ipsi rebelles fuerunt lumini. s. diuine gra-
tie. Ideo necessarium est istud lumē de gratia di-
uinali. scz gratia gratum faciēs. que ē quoddam
lumen a deo infusum in anima. Cui⁹ effect⁹ sunt
illuminare intellectum de credendis. Inclinare
voluntatem in fiendis. z inflammare effectum in
desiderandis. De isto lumine Esa. x. Surge illu-
minare hierusalem. in persona christiana tropo-
logice. Quia venit lumen tuum z gloria dñi sup
te orta est. quia ecce tenebre operient terram. su-
per te autem orietur dñs suple per lumen gratie
Et his sequit q̄ deus reputat nos p̄sonas nobi-
les. z vult q̄ cum quattuor luminibus. id est. q̄t-
tuor cereis accensis vadamus ad paradysum. Cū
nos simus vermes putridi z tñ vult q̄ honorabi-
liter vadamus ad paradysum. Ideo dicit thema
Ambulabūt gentes. scilicet ad paradysum in lu-
mine tuo zc.

Dñica infra octa. Ep̄hie. Sermo p̄m⁹.

Voluntas dei bo-
na beneplacens z p̄fecta. ad Rhom.
xij. z i ep̄stola Juxta motiū thema-

tis in sermone volo vobis declarare breuiter.
quid vult deus a nobis. quia hoc est nobis mul-
tum necessariū ad sciendum pro habendo hic di-
uinam gratiam z in futuro gloriā dei. Sed primo
salutetur virgo **M**aria. **V**oluntas dei bona zc
Pro hui⁹ verbī declaratione z materie p̄dicade
introductione. sciendum q̄ inter om̄ia nob̄ mul-
tum necessaria ad gubernationem vite est scire
quid vult deus de nobis. **R**atio. quia nullus ser-
uus potest bene seruire dño suo nisi sciat ei⁹ vo-
luntatem que sunt que sibi placēt. z que illa que
sibi displicēt. alias credens sibi seruire bene ma-
le seruiret. **S**ic nos om̄es christiani sumus serui-
tores **C**hristi. in domū cuius intramus ad serui-
endū sibi in baptismo in quo p̄mittitur nobis
vita eterna siue salarium vite eterne. **Q**uādo sa-
cerdos querit quid petis zc. **R**espondet vitam
eternam. ergo abienuncia sathane z pompis ei⁹
Respondet abrenuncio. **I**deo oportet nos scire
quid vult deus de nobis de quolibet statu. quid
vult a religiosīs a clericis quid a dñis quid a pre-
latis quid a diuitibus quid a paupibus quid a
sanis quid ab infirmis vt quilibet se gubernet iux-
ta voluntatem dei. p̄pter hoc **D**avid orādo dī-
cebat z querebat a deo vt sibi ostenderet q̄d vo-
lebat ab eo. di. **D**omine ad te cōfugi doce me fa-
cere voluntatem tuam. quia deus me⁹ es tu. ps.
cxlij. **M**ora domine ad te cōfugi. scz ad seruiē-
dum. **I**do doce me facere voluntatem tuā z que
non potest sciri nisi ab eo reueletur. **Q**uis enim
hominū potest scire consiliū dñi. aut quis pote-
rit cogitare quid velit deus. **S**apient. ix. arguen-
do a minori. scz si volūtas hominis nō pōt sciri
nisi reueletur ab homine. quomodo scietur volū-
tas dei nisi ab ip̄so reuelet. **I**deo modo in nouo
testamento reuelauit nobis clare quid vult a no-
bis. p̄pter hoc deuote dixit apostolus in thema
te. **V**olūtas dei bona beneplacēs z perfecta. vbi
ostēdit apostolus q̄ deus vult a nobis tria prin-
cipaliter ad que om̄ia sunt reducibilia. vult enī
a nobis. **P**rimo conuersionem penitētiāle. ideo
dicit volūtas dei bona. **S**ecūdo durationem vir-
tualē. ideo dicit. volūtas dei beneplacens. **T**er-
tio saluationē celestialem. ideo dicit. volūtas di-
p̄fecta. **D**ico primo q̄ deus vult a nobis con-
uersionem penitētiāle. quia om̄es sumus pec-
catores nec aliquis potest se de peccatis excusa-
re. j. **J**oh. j. **S**i dixerimus. quia peccatum nō ha-
bemus. ipsi nos seducimus z veritas in nobis
nō est. **I**deo vult deus de peccatoribus conuer-
sionem penitētiāle. quia peccando quilibet
vertit dorsum deo z facie ad bona huius mundi
verbi gratia. supbus vertit dorsum deo z facie
ad honores dignitates officia zc. **I**dem de alijs
peccatis auaricie luxurie zc. vult ergo de⁹ vt pec-
cator conuertat se scz vt vertat dorsum bonis h⁹
mundi honoribus dignitatibus zc. z conuertat

faciem ad ipm deum ad seruiendū sibi ⁊ obediē-
dum amandū ⁊ desiderandū ⁊c. **I**stam conuer-
sionem penitentialem vult de⁹ a nobis. **A**utoritas
Nunquid voluntatis mee est mors impij dic̄ do-
minus deus ⁊ nō vt cōuertat ⁊ viuat. **E**zech. x/
viij. **D**e ista voluntate dei dabo vobis vnā pul-
chram rationem. **S**icut argentarius postq̄ fecit
vnā pulchram cupam vel taceam de auro vel ar-
gento que cadit in terra vel luto vel frangitur et
deturpat ppter hoc argentarius nō p̄icit illam
cupam vel taceam cum sit de materia p̄ciosa. **S**e-
cus de vase modici valoris de vitro terra vel li-
gno. **S**ed vult ipsam cupam v̄l taceam reforma-
re iterū ⁊ renouare in fornace v̄l incude reforma-
re seu p̄parare. **S**ic deus ab initio fecit diuersa
vasa vel taceas de stagno vel de plumbo de ar-
gento ⁊ auro. s. diuersas creaturas sed solum ho-
minē fecit de auro. quia est ad imaginem dei **I**o
de alijs creaturis corporalib⁹ si cadant ⁊ frangā-
tur de⁹ nō multū curat. sed de homine qm̄ cadit
in peccatum mortale sup̄bie vel auaricie ⁊c. mul-
tum curat. quia materia est p̄ciosa ⁊ nō vult vt p-
datur vel anihilet p mortem sed vult q̄ reforme-
tur ⁊ renouet ad instar vasis auri vel argenti in
fornace penitentie. **N**ota q̄ sicut cupa reformat̄
tripliciter. s. in fornace vel in incude vel alias. sic
peccator tripliciter reformat̄. **P**rimo in fornace
contritionis cōterendo ⁊ dolendo de peccat̄ su-
is ⁊c. **S**ecūdo i incude confessionis cōfitēdo pec-
cata feriendo cum martello accusatiōis accusan-
do seipsum fortiter seruata veritate. **T**ertio re-
formatur seruando penitentia inunctam a cōfel-
sore. **H**ec est voluntas dei bona. **I**deo apostol⁹
Hoc bonū est acceptū corā saluatore nostro deo
qui vult om̄es homines saluos fieri ⁊ ad agnitio-
nem veritatis venire. s. ad **T**imoth. ij. **N**ota qui
vult om̄es homines. s. peccatores saluos fieri p-
conuersionem penitentialem ⁊ ad agnitio-
nem veritatis venire q̄ntum ad fideles. **S**i dicat̄. quare
ergo nō om̄es saluantur ex quo ip̄e deus vult ⁊c
Respōdeo q̄ tu nō vis fieri. **S**i dicatur nūqd̄
voluntas dei est maior ⁊ efficacior q̄ mea. **R**e-
spondeo q̄ imo. sed dimittit ipsum in libertate.
Dico secundo q̄ post cōuersionem penitētia-
lem vult deus a nobis durationē virtualem ⁊ p-
seuerantiam in bona vita incepta. nō contentat̄
deus de sola inchoatione bone vite imo vult du-
rationem. **S**unt multi qui subito conuertuntur
ad deum quādo aliquā audiunt bonam p̄dicati-
onem ⁊ pponunt bene viuere sed paulatim desi-
stunt. **H**oc nihil valet. **I**deo vult deus duratio-
nem virtualez. **R**atio. quilibet mercator vult vt
bene conferuent ⁊ custodiant merces p̄ciose
quas ip̄e emit ⁊ quāto sunt meliores ⁊ p̄ciosio-
res tanto magis vult vt diligētius custodiant̄.
Idem de dño iesu christo optimo mercatore qui
optime cognoscit merces ⁊ localia p̄ciosa q̄ ve-

nit ad nundinas hui⁹ mundi ad emendum aias
nostras di. mundo. **D**a mihi animas cetera tol-
le tibi. **S**en. xiiij. **M**odo in hoc mūdo nulle alie
merces nec localia sunt ita p̄ciosa sicut est ania
hominis vel mulieris. **U**nde si omnes creature
corporales scz sol luna aurū ⁊c. essent siml i vna
statera plus ponderaret vna anima sola in valo-
re q̄ om̄es tales creature corpales. **I**deo xp̄us
bonus mercator nō auro nec argēto emit aias
nostras. quia nō fuisset p̄cium sufficiens s̄ emit
eas p̄ciosissimo sanguine infiniti valoris. s. **P**e. j
Nō corruptilibus auro vel argento redempti
estis sed p̄ciosissimo sanguine xp̄i iesu. **A**nima ē
tam p̄ciosum locale ⁊ tantū constituit dño **I**esu
christo q̄ vult q̄ nō pdatur nec furef a latrone
scz diabolo. sed q̄ cōseruetur ⁊ duret in bona vi-
ta. **S**auid ps. xxix. **D**ñe in voluntate tua presti-
tisti decori meo virtutem. i. anime mee virtutem
scz durationis virtualis. **M**odo cogitate quod
malum est peccare mortaliter ⁊ pdere animaz tā
p̄ciosum locale a christo taz care emptū. **N**o-
ta ad ppositam parabolam illius mercatoris q̄
in nundina emit p̄ciosissimā margaritam pro q̄
dedit quicquid habebat quā commisit vxori cu-
stodiendam in quodam panno rudi inuolutam.
Que nesciens eius valorē. ipsam dedit pro dua-
bus lactucis. ppter quod iratus vir occidit eam
gladio. **H**ic mercator est christ⁹ qui emit p̄ciosis-
simam margaritam scz animā meam ⁊ tuam. ⁊c.
Pro qua dedit totū suū sanguinē cui⁹ vna gut-
ta plus valet q̄ quicqd̄ creauit. **Q**uam animam
cōmittit christus vxori scz persone christiane q̄ ē
sponsa christi. **O**zee. ij. **S**ponsabo te mihi in fidē
⁊c. dixit christ⁹ persone christiane. ego teneo me-
am tu tuam. ⁊ ille suam in corpe ⁊ venit lactuca
scz temptatio diabolica tempe estatis quādo per-
sona est calida p concupiscentiam de muliere vel
beneficio vel de honore vel dignitate ⁊c. **E**t ve-
nit temptatio lactucam portans ⁊ loquitur ima-
ginationi dicens. **T**u poteris habere quod vis
si facis hoc ⁊c. si das tantū ⁊c. ⁊ vis reecari cō-
sentis temptationi tunc tradis margaritam dia-
bolo. id est aiam tuam. **I**dem emendo vel vendē-
do cum vsura tunc das animam diabolo. **I**dem
de quolibet peccato mortali potest dici. **Q**uā mer-
cator christus venit. s. in morte vel in iudicio q̄-
rens a te margaritam quid dices. **C**ogita quid
faciet tunc christus de te. faciet sicut mercator fe-
cit de vxore sua stulta. ideo vult deus vt durem⁹
⁊ pseueremus in bona vita custodiendo diligen-
ter animam nostram dicente christo de quolibet
quod dixit iesus de iohanne. **S**ic eum volo ma-
nere. scz in bona vita donec veniam. **J**oh. vitio.
Quia existēs in gratia dei dicif **J**ohannes. id ē.
cui data est gratia. **I**deo dicit christus de ipso.
sic eum volo manere ⁊c. **B**eatus qui tunc potest
respondere christo. **D**omine ecce animam meaz

Dñica infra octa. Epiphanie

quomodo custodiui vobis diligenter. Hec est voluntas dei beneplacens. de qua David. **B**ñplacitum est dño sup timentes eum ps. cxiij. quoniam timor custodit virum. Dicitur quoque mulier timeret adulterari cogitando quod vir eius respicit eam per fenestram. sic nihil possumus facere in hoc mundo quin totum videat deus per fenestras sue scientie. Ideo timere debemus ad instar mulieris que non audet loqui cum amasio suo respiciente viro. Quia timor dñi expellit peccatum. et sine timore est non poterit iustificari. **Eccl** i. Et **Eccl** i. xxvij. Si non in timore dñi tenueris te instanter subuertetur domus tua. Tertio vult a nobis deus saluationem celestialem. post conuersionem penitentialem et durationem virtualemente vult de nobis deus saluationem celestialem. Ratio. quia quelibet persona prudens et discreta vult ducere opus suum ad finem propter quem fit illud opus alias esset defectus vel potentie vel sapientie vel iusticie. **M**odo videamus propter quem finem fecit nos deus. non ut habitemus in hoc mundo finaliter. quoniam mundus iste non est nisi via quam intramus per portam natiuitatis et eximus per portas mortis. verbi gratia. ubi sunt illi qui erant? modo sunt tot anni. nec fecit nos deus isto fine ut congregemus pecunias nec reddidit? et cetera. quia omnia sunt dimittenda in morte. quia tam reges. domini. quam etiam pape et prelati dimittent suas dignitates et cetera. **N**ec fecit nos deus ut demus nos delectationibus carnalibus et cetera. ad instar animalium brutorum que etiam habent illas delectationes. sed fecit nos deus isto fine ut habeamus vitam eternam. **A**d **R**homa. vi. Finem vero vitam eternam supple habere. Si ergo quelibet persona vult quod opus suum veniat ad finem. multo magis deus Ideo vult deus de nobis saluationem celestialem que est finis noster. **A**utoritas. **L**uc. xix. Venit filius hominis querere et saluum facere quod perierat **S**ubditur. Non est voluntas ante patrem vestrum qui in celis est ut pereat vnus de pusillis istis. **M**atth. xvij. **Q**uestio diceret aliquis si voluntas dei est ut omnes saluentur. quare tot damnantur cum sua voluntas est omnipotens. Quare ergo damnantur tot infideles. iudei. agareni. et tot mali christiani si deus vult ut omnes habeant saluationem celestialem. quare ergo tot vadunt ad damnationem. **R**esponsio quod voluntas dei est ut omnes saluentur sed tu non vis saluari. sed dices. volo saluari. **R**esponsio verum est verbo. sed non facto. **U**nde qui dicit se velle ire ad nusciam verbo et recipit facto viam versus maguntiam. metitur. **I**dem superbus dicit verbo. quod vult saluari et ire ad paradysum. sed facto recipit viam inferni **I**dem dicatur de quolibet peccato. **U**nde non est voluntas. sed velleitas. ut dicit sanctus **T**ho. in his qui volunt per viam peccatorum ire ad paradysum. patet ergo quod tu non vis saluari. voluntate

proprie dicta dum intendis in peccatis permanere. **N**ota de rege similitudine qui vult quod omnes de ciuitate habeant bonum et viuant. si dicatur. ergo quare suspenditis illum. **R**esponsio. quod fecit contra ordinationem meam. **E**go ordinavi propter bonum ipsorum ne fureretur aliquid. sed iste fecit oppositum. ergo et cetera. **I**dem de alijs peccatis **I**dem de deo qui vult quod omnes habeant bonum saluationis celestis. **I**deo ordinavit quod omnes infideles veniant ad fidem et baptisentur et ipsi nolunt obedire. ideo damnantur. quia deus non vult togere liberum arbitrium. **I**deo de christianis ordinavit decem precepta et cetera. et nolunt facere **I**dem de religiosi et clericis ordinavit ut viuant honeste et cetera. et nolunt. **S**icut enim bonus dominus et iustus vult quod omnes sibi subditi habeant bonum. **F**uando suas ordinationes. **I**ta et deus. quia ista est dei voluntas perfecta. **D**e qua dicit apostolus. **Q**ui cepit in bonis operibus bonum proficiet usque in die iesu christi. ad **P**hil. j.

Dominica infra octauas
Ephie. Sermo secundus

Reformamini in nouitate sensus vestri et cetera. ad **R**homa. xij. et in epistola dñice curreti. **P**ro declaratione et cetera. **S**ciendum quod in omnes creaturas que deus fecit singulariter quid fecit in homine. Quoniam alie creature aut sunt pure spirituales ut angeli. aut pure corporales ut iumenta. sed homo habet vtrumque. habet enim animam spiritualemente per quam participat cum angelis. corpus cum animalibus. deus fecit ut doctor qui facit aliquid quem librum. et post in fine libri totum epilogat in vno capitulo. **I**ta fecit deus qui fecit vnum magnum librum. scilicet istum mundum. in quo qui vult legere potest ibi legere dei potentiam in creatione. dei sapientiam in oratione. dei misericordiam in conseruatione. **F**ecit omnes creaturas corporales et spirituales. et vltimo hominem qui participat cum omnibus creaturis tam spiritualibus quam corporalibus cum lapidibus in esse. cum plantis in esse et viuere. cum iumentis in esse et viuere et sentire cum angelis in esse et viuere et sentire et intelligere. **I**llud videtur dicere scriptura sacra **Gen** i. **F**ormauit deus hominem de limo terre quantum ad corpus. **E**t factus est homo in animam viuente. **E**x hoc sequitur contradictio in homine. quia homo est ex duabus naturis contrarijs. scilicet corporali et spirituali. **C**orpus naturaliter vult descendere ad delectationes et cetera. **A**nima autem vult ascendere per contemplationem et cetera. **E**cce contradictio **A**utoritas. **A**d **Gal** v. **C**aro concupiscit aduersus spiritum. et spiritus aduersus carnem. **A**ngelonihi contradicit. nec iumentis sed homini. quia quando vult facere aliquod bonum. statim sequitur contradictio. hoc bellum portamus nobiscum